



IN CAVSA  
VERTENTE INTER PRIO-  
rem, & Capitulum Ecclesiae Oxomen-  
sis, & Doctorem Dominum D. Fran-  
ciscum Saenz de Espiga, Canoni-  
cum Doctoralem dictæ Ec-  
clesiae, ex vna.

ET EX ALTERA

Doctorem Dominum D. Franciscum  
Verdeces, Vicarium Generalem  
dicti Episcopatus.

S V P E R

Prouisione Canonicatus in prefata Ecclesia vacantis  
per mortem Licenciatii Domini Antonij Nieto.

A

PRÆ-

**R**ÆTENDIT Capitulum ad ipsum expectare dicti Canonici  
tus prouisionem, ut in suo turno  
contingentem, & nō ad Illustris-  
simum Episcopum Oxomensem,  
a quo prouisus reperitur Doctor  
D. Franciscum Verdecес.

**2** Cum de iure communi sit apud omnes in cō-  
perto, quod prouisio Præbendarum in Cathedrali-  
bus est simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli,  
*Gloss. verb. Postulauit, in cap. cum Ecclesia Vulterana,*  
*verb. Postulanit, de electione. Et in cap. final. de supple-  
da negligenta Pralator. verb. Commoniter, Cassadorus*  
*decif. 22. de præbendis, Et post Garciam, Gonzalez, Lo-  
ter. Et alios Barbos. de Canonic. cap. 14. num. 2.*

**3** Difficultas præsentis contiouersia in eo nit-  
titur an per diuisionem turnorum factam inter Il-  
lustrissimos Episcopos, & Capitulum vigore concor-  
diæ super prouisione Præbendarum dictæ Ecclesiæ  
Oxomen. fuerit immutata natura primæua, ita ut  
prouisiones factæ per Episcopum in suo turno dicā-  
tur expectare ad suam liberam collationem, & sic  
locus alternatiuæ ad fauore ipsius Episcopi, an vero  
habeantur tanquam simultaneæ collationis. Quo  
casu certū est non esse locum alternatiuæ, hæc enim  
solum locum habet in Beneficijs liberae collationis,  
ut expressè disponitur in régula 8. aliorum PP. quæ  
est 9. Alexandri VII. ibi: *Ad liberam ipsorum diuina-  
xat, non autem aliorum, cum eis dispositionem, seu  
præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio,  
vel consensu, seu interuentu Capitulorum, Et c.* Licet  
aliter fuerit obseruatum in alternatiuæ antiquæ ex-  
tendebantur enim ad Beneficia simultaneæ collatio-  
nis, quia in régula apponebantur, illa verba: *Ut de  
quibuscumque Beneficijs ad tuam unam cum dilectis fi-  
lijs,*

lijs Capitulo ipsius Ecclesia collationem, prouisionem, seu quamvis aliam dispositionem, &c. teste Paceo decis. 472. num. 2. lib. 2. Goncalez ad regul. 8. gloss. 45. numer. 24. utq. 2 (an. 1700) mutat. p. 2. 2. 2.

Hodie vero post Sextum V. cum deficiant predicta verba in regula, & loco ipsorum apponantur superius relata, concors est omnium sententia, alternatiuam locum non habere in Beneficijs simultaneæ collationis, ut docet Gonçal. in dict. gloss. 45. confirmavit Rota in decis. 683. tom. 1. in posthum. Farinat. apud Gregor. XV. decis. 95. n. 2. ubi Beltram. in addit. lit. A. plures refert.

Vnde ad elucidationem praesentis dubij hoc solum inquiri opportet an per diuisionē turnorum, prouisiones factæ in turno Episcopi, amittant, vel conseruent primæuam naturam simultaneæ collationis. In primò enim casu intrare alternatiuam, in secundò vero neutiquam, in comperto est apud omnes.

Cum ergo quæstio superius proposita veniat examinanda ad veritatis inuestigationem, necessario supponendum videtur dupliciter posse contingere fieri diuisionem prouidendi per turnos inter Episcopum, & Capitulum. Aut diuidendo ius, & exercitium, aut exercitium tantum: in primo casu, ne mpe quando diuisione non solum fuit exercitij, sed etiam juris, procedunt decisio Seraphin. 1296. num. 8. Rota decis. 232. num. 4. part. 1. recent. Farinat. & Goncalez. gloss. 45. §. 1. num. 13. Belram. in addit. ad decis. 95. Ludou. nu. 7. qui refert Gonçal. & prefatas decisiones, Tondur. tom. 1. 2. part. resolut. benefic. cap. 3. §. 8. num. 34. afferentes intrare alternatiuam ad fauorem Episcopi in suo turno; quia cum non solum diuisum sit exercitium, sed etiam ius, remanent suæ prouisiones liberæ collationis, amissa primæua natura simultaneæ.

¶ In secundò vero casu nempè quando solum  
exercitium fuit diuisum, ut commodius siant prouisio-  
nes, & discordiarum evitetur occasio. inter Epis-  
copum, & Capitulum (prote solent) & possunt face-  
re Canonicis in prouisionibus expectantibus ad Capitulum, ex textis in cap. final. de proband. in 6. vbi pro-  
batur, quod ex consuetudine, vel statuto possunt  
Canonicis singulares conferre Beneficia vacantia,  
spectantia ad collationem Capituli, per alternatas  
vices, hebdomadas, seu menses. Et notatib[us] Glossa.  
verb. Statuto. Gemintan. num. 7. Francbonum. 3. super  
eadem glossa, Et fuit decisum in causa Beneficiatus S. Pe-  
tri, cōr. Gypso 2. Decemb. 1591. quam referit Seraph.  
decis. 980. num. 1. & Patroni, ex texti in Clement. 2. de  
iure patronat. prouisiones contingentes in turno Epis-  
copi, non possunt dici liberæ. quia turbus non tollit  
communionem in collatione, sed dividit exercitium  
commodioris usus gratia. Collectar. in cap. querinio-  
niam, num. 3. de iur. patronat. & omnes prouisiones  
tām ab Episcopo, quam à Capitulo factæ habentur,  
tanquam simultaneæ, & coniunctim factæ, quia li-  
cet exercitium sit diuisum, non tamen est diuisum  
ius illud potestatis prouidendi, vt de Beneficiis si-  
multaneæ collationis, ut in simili docet Bart. in li-  
tertutores. num. 6. ff. de administrat. tutor. Vbi quod  
si plures fratres dividant inter se comitatum, etiam sp.  
separatim exerceant iurisdictionem in portione si-  
bi contingente, non tamen intelliguntur disiunctim  
quidpiam agere respectu ipsius iurisdictionis, quæ  
est individua, cuius doctrinam vt mirabilem ad-  
hunc propositum expendit Rota apud Seraphin. dict.  
decis. 980. num. 11. Garcia de Benefic. 5. part. cap. 1. &  
num. 234. Gonçalez. gloss. 45. s. 3. num. 44. Et sub num.  
49. Loether. de re Benefic. lib. 2. qaaest. 21. num. 29. Et 30.  
vbi latè probat, quod vbi simultanea prouisio ex

con-

3

concordia est diuisa pēr tuṁnos, ita vt vna vice prouideat Episcopūs, & altera Capitulum; vt in Ecclesia Salmantina, Burgen, Palentina, Segouien, & alijs nihilominus prouisiones semper remanent, simul & taneæ collationis. *Pulchre Barboſ. in vot. decisio. lib. 3. vot. 95.* præcipue à num. 10 multis iuribus, & rationibus comprobat, & conduceunt tradita à Dom. Card. Orthobon. *decis. 4. n. 22.*

Supposita præfata communī distinctione, videtur indubitatūm, quod attenta concordia inita inter Episcopos Oxomenses, & Capitulum, sumus in secundo casu, nempe diuisionis exercitiij tantum, & non iuris; quia in præfatione illius dicitur, quod creatio, nominatio, elec̄tio, vel prouisio quovis nomine de iure appellari potest Canonicorum prædictæ Ecclesiæ ad Episcopos, & Capitulum communiter pertinet at, hoc ordine obseruato, quod prima vice primo Canonicō per Episcopum creato Capitulum teneatur cōsentire; secunda vice secundo Canonicō per Capitulū nominato, elec̄to, vel præsentato, Episcopus consentire teneatur. Ex quibus verbis manifeste apparet diuisionem exercitiij tantum fuisse factam; illa enim verba ad nos, & vos communiter pertineat, non aliter verificari possunt, nisi manentes illæsa natura primordiali simultaneæ collationis, & iure prouidendi Episcopi, & Capituli indiuiso; non enim posset dici prouisio dignitatum communis, si ius prouidendi, & non exercitium tātum fuisse diuisum, quia quod commune est, nō est propriè vniuscuiusque ad quos communio expeſtat, sed omnium habentium participationem, *glos. 1. in cap. penult. 12. q. 1. l. illud, ff. de ritu nupt. Cagnol. latè in l. id quod nostrū 13. n. 20. ff. de reg. iur. unde dixit Consult. in l. legatis 35. ff. de legat.*

A 3

2. quod legatis vxori, quæ sui vſus causa parata sunt, eos seruibus ad eam nō pertinere, qui nō propriè vſus, sed communis vſus causa sunt parati, plura congerit Gonçal. dict. glos. 45. à num. 29. usque ad 32: & vt nulla dubitatio supereret mentis conseruatiuæ simultaneæ (quæ in dubio semper præsumitur, ut tradit. Loscher. dict. quest. 21. num. 33.) non solum vtitur concordia, illis verbis: *Prouisio ad nos, Et vos communiter pertineat*, quibus satis expressum erat communis nomine semper fieri prouisionem, sed etiam immediate sequentibus, quod prima vice primo Canonico per nos creato, vos teneamini consentire; hæc enim verba per se solum sumpta manifestè indicant prouisiones, nō expectare ad liberam collationem Episcopi, nec in illis habere locum regulam 9. de alternatiuæ loquëtem: vt expressè disponitur in ipsa regula, ibit: *Non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interuentu Capitulorum, de quibus verbis late agit Gonçal. glos. 47.* ubi pluribus relatis decisionibus, num. 26. tradit, quod eo ipso, quod Capitulum recipit litteras prouisionis factæ ab Episcopo, & prouisum admisit, præstitit cōsensu dictæ prouisioni, Et num. 37. quod si ille qui debet præstare consensum consentire recusat, adeundus est superior, vt mandet consentire debenti, quod consentiat, aut in eius contumacia ipse superior loco eiusdem consensum præstabit.

9 Neque obstat dicere, quod non est in libertate Capituli consentire, aut nō, & quod verba regulæ intelligenda sunt de cōsensu libero, respondetur enim, quod regula, vt excludat libertatem collationis, non solum considerauit consensum, vel consilium, sed etiam interuentum Capitulorum; vt expressè apparet

re tex verbis supra relatis, ibi: *Seu interuentu Capitu-<sup>4</sup>  
lorum, super quibus latè Gonçal. glos. 48. ubi num. 6.*  
quod interuentus, de quo regula loquitur, neque cō-  
filiū, neque consensū importat. Vnde si solius  
interuentus Capituli, quoquomodo sit, excludit, li-  
bertatem collationis, maiori cum ratione dicendū  
est illam excludere; quando requiritur positiuē con-  
sensus ex vi concordiae, illi, at illo dico quā audimotur.

10 Præterea multa possunt accidere, in quibus  
Capitulum iuste renuat præstare consensum, vt si  
prouisio per Episcopum fieret de indigno, aut non  
habente qualitates requisitas.

11 Quibus etiam additur, quod (vt superius di-  
ctum est) Gonçal. dict. glos. 47. explicando illa verba  
regulæ: *Vel consensum, num. 37.* mouet quæstionem  
de illo, qui debet præstare consensum, si consentire  
recusat, supponendo tanquā indubitatum consen-  
sum Capituli, vel alterius, quamvis debitum exclude-  
re libertatem collationis.

12 Et tandem nunquā potest dari diuisio exer-  
citij iuris prouidendi inter Capitulum, & Episcopū,  
in qua Capitulum non teneatur præstare cōsensum  
prouisioni per Episcopum factæ, alias esset inutilis  
diuisio turni.

13 Et vltimo loco ponderatur, quod præfata  
concordia postquam dixit, quod prouisio ad Episco-  
pos, & Capitulum communiter pertinet, loquendo  
de reciproco consensu præstanto per Episcopos, &  
Capitulum in alternatis prouisionibus, nullam fecit  
differentiam inter formam prouidendi per Capitu-  
lum, & Episcopum, vnde sicut prouisiones Capituli  
semper remanent simultaneæ collationis, parifor-  
miter prouisiones contingentes in turno Episcopi  
cum vulgatum sit iuris axioma, quod dispositio vna  
re-

recipiens, plura determinabilia debet ea pariformiter determinare, *i.e.* tam hoc iure, *ff.* de vulgar. cum vulgaris. *upn. n. p. 14.* Additur etiam, quod Episcopus, & Capitulum nunquam potuerunt diuidere ius prouidendi in radice, nec quid facere in praeiudicium Sedis Apostolicae, ut ex statuto, vel concordia praeiudicaretur reseruationibus Apostolicis, illas quoquomodo diminuendo, ut contingere, si prouisiones spectantes ad Episcopum essent liberæ collationis esse, & per concordiam, ut in illis alternatiæ locùs foret, argumen. cap. cū inferior, cap. quod super his, de maioritat. Et obedient. Clement. ne Romani, de elect. plenissimè Felin. in dict. cap. quod super his, num. 1. usque ad fin. Ros. loquendo de simili turno, seu vicistudine, decis. 3. post vers. Nec potest dici, de concess. prabend. in antiquoribus, Bisignetti, Gonçal. dict. glos. 45. §. 1. num. 69. Et 70. Et num. 76. ubi post Rotam in Ferrarien. Prioratus coram Peñ. quod Episcopus non potest mutare statum Beneficij ad effeatum, ut intret alternatiua, idem tenuit Rota decis. 179. n. 8. Et 9. coram Melino.

15. Nec ex aduerso potest dari de obseruantia, quæ sit alternatiæ fauorabilis, nam, ut appareat ex prouisionibus in actis exhibitis, Episcopi semper prouiderunt in mensibus Martij, & Septembri, quo posito fit dilema meo iudicio indissolubile. Aut Episcopi Oxomenses, qui prouiderunt in dictis mensibus, gaudebant alternatiua, vel non; si gaudebant alternatiua, adest respectu Canonicatuū dictæ Ecclesie obseruantia alternatiæ contraria, & fauorabilis simultaneæ collationi, quia Episcopi vtebantur alternatiua, respectu eorum; si enim illa vterentur, non possent prouidere illos in mensibus Martij, & Septembri, cum sint reseruati extante alternatiua, notat

tit Gonçal.ad regul. 8 glis. 45. §. 1. num. 27, & 28. Bar-  
bos. de potest. Episc. part. 3 allegat. § 3. num. 40. Tendut.  
2. part. Canonicear. cap. 3. §. 8. num. 22 vnde cum prouide-  
rint in dictis mensibus, necessario sequitur obser-  
uantia fauorabilis simultaneæ collationi Præben-  
darum dictæ Ecclesiæ.

16 Aut prædicti Episcopi non gaudebant alter  
natiua, & in hoc cesa necessario dicendum est, quod  
prouidebant in suis mensibus gaudendo diuisione  
turni, & in hoc non potest considerari status fauora-  
bilis alternatiue, quam non habebant, nec obseruan-  
tia exclusiva simultaneæ collationis.

17 Quibus omnibus rectè per pensis necessario  
dicendum, videtur, quod Capitulum sit in turno; cù  
enim vacatio, quæ immediatè præcessit controuer-  
sam, contingit de mense Septembris anni 1625.  
expectaretque ad Episcopum, quia in proximiori,  
quæ contingit de anno 1617. prouiderat Capitu-  
lum, debuit prouidere uti existens in turno, & cum  
in hoc fuerit negligens, Papaque iure deuoluto pro-  
uiderit Præbendam, tunc temporum vacantem; nul-  
li dubium esse potest, quod turnus Episcopalis fuerit  
consumptus ex his, quæ tradit Gonç. glis 45. §. 3. nu.  
16. & per consequens præsens turnus, qui est imme-  
diatè sequens, expectat ad Capitulum.

Ex quibus videtur ad ipsius fauorem iudican-  
dum. Salua, &c.

*Lic. D. Petrus Fernandez  
à Miñano.*

卷之三



